

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput LXV. Continens Acta Christi In Terra Ger Gesenorum, Matt. 8. Marc.
5. Luc. 8.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

dem in mari pereamus. Sed quandoquidem sibi-
 ipsi in hac pictura tantopere placent, operæ præ-
 tium fecerint, si hæc tria nobis ad suam Ecclesiam
 applicent. 1. Qui fiat, cum navis nullo certo loco
 sit alligata, ut quæ totam æstatem hinc inde vage-
 tur, in hyeme autem jam hic jam illic suam statio-
 nem habeat, quod illi Ecclesiam urbi suæ Roma-
 næ ita præcisè alligent, ut qui hanc non Catholi-
 cam Ecclesiam agnoscat, simpliciter pro hæretico
 ab ipsis habeatur. Non aliter quam sicut olim Ju-
 dæi, Jer. 7. v. 4. Ecclesiam alligant ad suum tem-
 plum. Certè si Ecclesia Christi est instar navis, non
 potest perpetuo uni certo loco alligata esse: sicut
 nec unquam fuit. Sed Christus cum sua Ecclesia
 modo versus Orientem, modo versus Meridiem,
 modo versus Occasum, & hisce postremis tempo-
 ribus versus Septentrionem navigavit. Nam Ec-
 clesia est coetus sanctorum, per totum orbem di-
 sperfus: qui tamen illic invenitur, ubi Christus est,
 cum suis discipulis, cum suo Verbo & Sacramen-
 tis. Ad hæc enim & non ad certum locum Ecce-
 siam suam alligavit. Johan. 10. v. 27. Oves meæ vo-
 cem meam audiunt, & sequuntur me. Apoc. 14. v.
 4. sequuntur agnum, quocumque ierit. 2. Qui fiat,
 quod præterea sibi gratulentur, penes se esse Ec-
 clesiam Christi, quia apud ipsos sit catholicus con-
 sensus, nullæ hæreses, nulla schismata, nullæ con-
 tentiones, sed omnes unanimiter in Papam con-
 spirent: Cum tamen hic navicula Christi nobis ita
 ob oculos proponatur, quæ ventorum & fluctuum
 motibus variè infestetur, & procellosis turbinibus
 tantum non obruatur. Certè impossibile est, ut
 Ecclesia Christi, quamdiu in hoc mundo versa-
 tur, in tanta tranquillitate inveniat, quantam
 Pontificii sibi suisque pollicentur. Nam Christus
 dicit Johan. 15. v. 19. Si de mundo essetis, mundus
 quod suum erat diligeret: quia verò de mundo
 non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea
 odit vos mundus. Si tranquillitas & consensus con-
 stituunt naviculam Christi, æque apud Judæos vel
 Turcas eam reperire liceret, ac apud Pontificios:
 quia etiam apud illos magna est tranquillitas, &
 summus inter ipsos consensus. Quod autem inve-

ra Ecclesia facilè turbæ exoriuntur, illud non sit
 culpa fidelium verbi ministrorum, vel ipsius Ec-
 clesiæ, sed diaboli & mundi, qui adversus Chri-
 stum & ejus Ecclesiam inde ab initio conspira-
 runt. Equidem quam diu remiges desident, oci-
 antur, aut aliud agunt (sicuti tempore Papatus fa-
 ctum fuit) mundus quiescit, & est aliqua tranqui-
 litas: sed quamprimum incipiunt mare sulcare &
 mundum remis suis percutere, mox ille turbatur
 & fervet. Atque hinc sunt illæ turbæ cum contra
 Ecclesiam, tum in Ecclesia. 3. Qua conscientia pos-
 sunt Christum, contra verbum promissionis suæ,
 Matt. ult. vult, à navicula sua remove, ipsique
 alium nauclerum, Pontificem Romanum substitui-
 ere? Præterunt quidem hunc esse successorem
 Petri, cui à Christo demandatum fuerit, ut pascat
 oves suas, Johan. 21. v. 17. huic traditas claves regni
 cælorum, Matt. 16. v. 19. pro hoc Christum orasse,
 Luc. 22. v. 32. super hunc Petrum eum Ecclesiam
 suam ædificasse. Sed ô utilitas! Christus solus est
 nauclerus hujus naviculæ: qui non tantum Petrum,
 sed & omnes Apostolos vocavit: non tantum ipsi,
 sed omnibus Apostolis dedit potestatem ligandi
 & solvendi, Johan. 20. v. 23. non tantum pro Petro,
 sed pro omnibus oravit, Johan. 17. v. 20. & Ecce-
 siam suam non super personam Petri, sed super
 ejus confessionem, & super doctrinam Apostolo-
 rum & Prophetarum, super ædificavit, Eph. 2. v. 20.
 & adhuc hodie de Ecclesia sua sollicitus, dat fideles
 pastores, ad consummationem sanctorum, in
 opus ministerii, Eph. 4. v. 12. Christus ergo est qui
 curat hanc suam naviculam, Petrus unus est ex re-
 migibus: Iccircò vocat seipsum in Epist. c. 5. v. 1.
 συμπαρονοῦντες, unum ex reliquo presbyterorum
 numero, & ad Galat. 2. v. 9. Paulo dextram de-
 dit societatis in gentes, sicut ipse in circumcisio-
 nem. Magna ergo est temeritas statuere Christum
 deseruisse suam Ecclesiam: dormit is quidem, &
 naviculam mergi patitur, sed non submergetur,
 quin potius evigilans Antichristum percutiet spi-
 ritu oris sui, & destruet eum illustratione
 adventus. 2. Thessal. 2.
 vers. 8.

CAPUT LXV.

CONTINENS ACTA CHRISTI IN TERRA

GER GESE NORUM, MATT. 8. MARC. 5.

LUC. 8.

RATIO ODRINIS.



Consentiant omnes tres Evangeli-
 stæ uno ore, hanc historiam
 secutam esse mox post præce-
 dentem transfretationem. Et
 quia in superioribus demonstra-
 tum est, transfretationem istam à tribus Evan-
 gelistis descriptam, esse unam & eandem: jam
 quoque manifestum est, quis huic historię

locus sit tribuendus in Harmonia. Sed hic
 denuo occurrendum est iis, qui conantur
 similiter probare, duas esse diversas expul-
 siones dæmonum in porcos. Rationes sunt
 multæ: quarum eam, quæ videtur urgere gra-
 vissimè, de diversis scilicet regionibus Gerge-
 senorum, ubi Matthæus dicit suos dæmoniacos sa-
 natos, & Gadarenorum, ubi Marcus & Lucas di-
 cunt

cunt lanatum suum, supra consideravimus. Quæ cum sit iudicio Osiandri validissima, & tamen nihil probet, multò minus probabunt eam, quas ipse & alii fatentur esse parvi momenti, ubi præter tenues easque incertas conjecturas vix quicquam habent, quod diversitatem probet.

Sed age, nihilominus tamen & eas paulum examinemus. 1. Matthæus dicit, Domino duos dæmoniacos obviam factos: reliqui dicunt, tantum unum occurrisse. 2. Matthæi duo usque adeò sævi fuerunt, ut nemo per viam, quam infestabant, transire auderet; hic unicus autem tantum se ipsum nudasse & lapidibus concidisse fertur. 3. Illi duo libere vagabantur: hic unicus vinculis cohercebatur, quæ tamen ita dirumpebat, ut nemo illum domare posset. 4. Apud Matthæum incertus numerus porcorum: apud reliquos, circiter bis mille suffocantur. 5. De duobus Matthæus nihil amplius narrat; unicum suum Marcus & Lucas dicunt vestitum, sanæ mentis ad pedes Jesu sedisse, eumque sequi voluisse, sed ablegatum ad suos. 6. Nisi concedatur aliam esse historiam Matthæi, sequitur illum errasse, & obliuiofum fuisse, ut qui, quæ Christus fecerit, quo tempore ipse discipulus ejus fuerit, ea inter ista numeret, quæ facta sint, cum ipse adhuc ad telonium sederet. Narrat autem ipse hanc historiam, antequam ad describendam suam vocationem accedat: Marcus autem & Lucas historiam sanati Dæmoniaci describunt, post vocationem Matthæi. Judicat ergò Osiander, Matthæum optimè scire potuisse, quid se discipulo factum sit, quid oculis suis ipse viderit, ut, quia hoc narrat ante suam discipulatum, appareat, istud etiam ante factum esse, itaque diversum ab eo, quod Marcus & Lucas recensent factum, postquam Matthæus discipulus vocatus esset. 7. Quia credibile non sit, Marcum autem de uno tantum dæmoniaci narrare, cum Matthæus, qui prior scripserat, quemque ille in compendium redigere studebat, duos fuisse testatus esset, nisi diversum miraculum recitaret, quod etiam alio tempore factum certissimè sciret. 8. Quia similitudo omnino nihil valeat ad probandum, quod ea, quæ diversis temporibus facta narrantur, sint eadem.

Hæ rationes, si tantum valerent, quanta solertia inventæ, & quanta solitudine comportatæ sunt, nihil esset certius, quam quod Osiander, cum aliis qui eum secuti sunt, initio posuit, esse diversas expulsiones dæmoniorum, diversis factas temporibus. Sed earum prima plus ponderis habere videtur, quam reliquæ omnes, unde eam Andreas Osiander non parum vehementibus verbis inculcat: si fuerunt revera duo, cur de altero prorsus tacerunt Marcus & Lucas, cum de uno tam multa commemorarent propria? Cum alter sederet vestitus & sanæ mentis ad pedes Jesu, quid interea faciebat alter, si duo fuerunt? Si faciebat idem, cur non potius de duobus loquuntur, quam de uno? Sin aliud agebat, expediebat diversa exempla proponi. Cum unus vellet Jesum sequi, nec permitteretur, quid tum præ se ferebat alter? Cum unus jubeatur prædicare beneficia DEI, cur non & alter? An non ad omnes pertinet accepta DEI beneficia grato animo prædicare? Ista qui-

dem in speciem probabiliter dicuntur; sed nondum certo evincunt, duas diversas historias esse, quæ hic describuntur. Tacemus enim de ratione Augustini, quod Matthæus de duobus dæmoniacis scripserit, quia revera duo fuerint: Marcus autem & Lucas de uno, quod alter ex eis fuerit insigniter notus. Tacemus etiam de eo, quod nullo modo probari possit, ullum ex omnibus Evangelistis sibi proposuisse, ut unus omnes omnino circumstantias describeret, etiam eas, quas memisset esse annotatas, vel aliquando annotari posse ab alio: cum suam scriptionem sic temperarint in adornanda historia Evangelica, ut mutuas operas alii aliis traderent, & aut adderent, quæ prætermisisset alius, aut præterirent, quæ alius jam narraisset. Hoc verò demum est omni exceptione majus argumentum, quo probatur evidentissimè, hic unam eademque historiam describi ab omnibus, quantumvis licet Matthæus duos dæmoniacos sanatos dicat, reliqui tantum unum. Omnes Evangelistæ commemorant, Christum ante ultimum Pascha intrasse Jerosolimam vectum asino. Consentiant autem tres, Marcus, Lucas & Johannes, qui non nisi de adducto pullo verba faciunt. Matthæus autem dicit, una cum pullo adductam etiam asinam. Exclamet hic, qui tantopere fatagit distinctas historias constituere, ubi apparet aliqua in circumstantiis diversitas: Istæ duæ sunt diversæ vectiones, duo diversi ingressus in urbem, diversis facti temporibus: aut si una est & eadem vectio, & si revera fuerunt pullus & asina, cur de hac reliqui prorsus tacerunt, cum de pullo tam multa commemorarent propria? Cum alteri superinjicerent Apostoli vestes, & Jesum super eo collocarent, quid interea faciebat asina? si faciebat idem, cur non potius de duobus loquuntur, quam de uno pullo? Sin aliud agebat, expediebat diversa exempla proponi. Dum Domini ipsorum quærent, cur solverent pullum discipuli, quare non etiam dicuntur quævisse de asina, si revera tunc quoque asina fuit alligata cum pullo? Demum concludat, ex tanta rerum & circumstantiarum dissimilitudine manifeste apparere, duas esse diversas Christi vectiones, unam, quam Matthæus describat, ubi adfuerit etiam asina, alteram, de qua referant cæteri, ubi solus pullus fuerit. At verò quis hic ita insaniret, ut credat propterea diversas esse has historias? Quis enim non videt Matthæum circumstantias omnes diligentius annotasse, quam curarint annotare reliqui, itaque, vel ipso Osiandro hic teste, certum est revera cum pullo adductam fuisse quoque asinam, quamvis de ea reliqui tacerint? Ex quo demum apparet manifestissimè, revera duos fuisse dæmoniacos, quemadmodum commemorat Matthæus, etiam si de uno reliqui commemorare non curarint, neque id aut Matthæum aut reliquos arguere oblivionis aut negligentia. Notetur item; si reliqui uterentur numerali *εἷς, εἷς*, unus, unum, tum demum intelligeretur, unum non plures fuisse. Simpliciter autem dicunt, *ἀνὴρ ἓς, ἀνδρῶν ἓς*, vir quidam, homo quidam, & cætera.

His expeditis reliqua sunt facillima. Nam de secunda & tertia ratione Marcus & Lucas cum Matthæo prolixè consentiunt, non negantes, quod ille dixit.

dixerat, etiam addentes, quod ille prætermiserat. Neque enim dicunt, unicum suum tantum se nudasse & lapidibus concidisse, præterea nihil fecisse nec quenquam infestasse: non negant suum liberè vagatum, cum dicunt, vinculis quidem coercitum, sed ea diripiisse, ut nemo illum posset domare. Si quarta ratio debeat probare diversitatem ejus historiae, quæ est apud Matthæum, & ejus quæ apud Marcum & Lucam, probabit eodem modo, distinctas esse etiam Marci & Lucae descriptiones. Nam apud Lucam similiter incertus est numerus porcorum, cum solus Marcus dicat, fuisse circiter bis mille. Quinta itidem nihil probat, testibus omnibus sanis. Neque enim sequitur: Apud Matthæum defunt nonnullæ circumstantiæ. Ergo describitur diversa historia. 6. Verum quidem est, Matthæum de sanatis suis dæmoniis narrare, antequam commemorat de sua vocatione: sed ex eo non sequitur, vocationem Matthæi propterea etiam subsequatam esse post hanc expulsiõnem: de qua videatur 44. caput hujus Harmoniæ. Sunt enim duæ distinctæ historiae, vocatio ipsius Matthæi & ipsius convivium: vocatio accidit longè

ante; convivium autem demum secutum est post hanc historiam, ad quod describendum cum ordo rerum Matthæum deduceret, per recapitulationem addidit etiam de sua vocatione, quam ante suo loco describere neglexerat. Itaque non sequitur: Matthæus ante descriptionem suæ vocationis commemorat de duobus dæmoniis, Marcus & Lucas post eam de uno dæmoniaco: Ergo sunt diversæ historiae. De septima ratione idem dicitur, quod de prima: Non est credibile, Marcum autem de uno solo pullo narrare, cum Matthæus, qui prior scripserat, & asinam ac pullum fuisse testatus esset, nisi diversam vocationem recitaret, quam etiam alio tempore factam certissimè sciret. Quantum hæc, tantundem & illa ratiocinatio valet. Sed neque octava ratio, quicquam probat pro diversitate istarum historiarum, cum non ex sola similitudine extruatur de una eademque historia, sed eam tanta earundem circumstantiarum consensio manifestissimè demonstrat. Cum igitur constat, unam & eandem historiam hic describi ab omnibus, sequitur porro ex superioribus hic eam rectè in Harmonia Evangelii collocari.

HISTORIA DE SANATIS DÆMONIACIS, ET SUFFOCATIS PORCIS.

MATTH. 8.

- 28. Καὶ ἔλθον αὐτῶ εἰς τὸ πέραν, εἰς τὴν χώραν τῆς Γεργεσηνῶν, ἐπῆντησαν αὐτῷ δύο δαίμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν πρὸς παρελθεῖν αὐτῷ· ὁ δὲ ἔειπεν·
- 29. Καὶ ἰδὲ ἐκραζοὺν λέγοντες, ἡ ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ Ἰησοῦ· ἡλθες ἰδοὺ σὲν καθερῶν βασιλεῦσαι ἡμᾶς;
- 30. Ἦν δὲ μακρὰν ἀπὸ αὐτῶν ἀγγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη.
- 31. Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες εἰ ἐκβαλέεις ἡμᾶς ὅπως εἶπον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς ἀγγέλην τῶν χοίρων.
- 32. καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὑπάγετε, οἱ ἄγεθες, ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγγέλην τῶν χοίρων, καὶ ἰδὲ ὤρμησε πᾶσαι ἡ ἀγγέλη τῶν χοίρων καὶ ἔκρημνεν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασι.
- 33. Οἱ δὲ βόσκοντες ἐφυγον, καὶ ἀπέλθοντες εἰς τὴν πῆλην, ἀνηγγέλειαν πᾶσι, καὶ τὰ τῶν δαίμονιζομένων.
- 34. καὶ ἰδὲ πᾶσαι ἡ πόλεις ἐξῆλθεν εἰς σωάντησιν Ἰωάννου Ἰησοῦ, καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλουν ὅπως μετὰ αὐτῶν ὄσονται αὐτῶν.

- 28. Et cum venisset ad ulteriorem ripam, in regionem Gergesorum: occurrerunt ei duo dæmoniaci, e monumentis egressi, erant autem sevis supra modum, adeo ut nemo posset transire per viam illam.
- 29. Et ecce vociferabantur, dicentes: quid rei nobis tecum est Jesu Fili Dei; Venisti huc ad cruciandum nos ante tempus?
- 30. Erat autem procul ab illis grex multorum porcorum pascens.
- 31. Dæmones verò rogabant eum, dicentes: Si ejicias nos, permittite nobis, ut demigremus in gregem porcorum.
- 32. Et ait illis, abite. Illi vero egressi abierunt in gregem porcorum. Et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceptum in mare, & perierunt in aquis.
- 33. Porro qui pascebant aufugerunt, & digressi in civitatem, annuntiaverunt omnia, & quid accidisset dæmoniis.
- 34. Et ecce tota civitas exiit in occursum Jesu. Et cum viderent illum, rogabant ut decederet eis finibus ipsorum.

MARC. 5.

- 1. Καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς Γαλαθαρίας εἰς τὴν χώραν τῆς Γαδαρηνῶν.
- 2. καὶ ἐξελθὼν αὐτῷ ἐκ τῶν πλοίων εὐθὺς ἀπῆλθεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἀνθρώπου ἐν πνεύματι ἀκαθάρτου.
- 3. Ὅς τὴν καθεύουσαν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ ἔτε ἀλύσειν εἰς εἰς ἡδυνάτω αὐτὸν δεῖται.
- 4. αὐτῷ αὐτὸν πολλὰς πέδας καὶ ἀλύσει δεδεῶται, καὶ διεσάδαται ὑπὸ αὐτῶ πᾶσι πέδασι, καὶ ταῖς πέδασι συντετριφθεῖται, καὶ εἰς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι.
- 5. καὶ αὐτὸς πάντοτε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνημασιν ἢν κραζοὺν καὶ κατὰ κόπτων ἐαυτὸν λίθοις.
- 6. ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν μακρόθεν ἐδραμε, καὶ σπερσεκύνησεν αὐτῷ.
- 7. καὶ κραζοὺς φωνῆ μεγάλη εἶπε, ἡ ἐμοὶ καὶ σοὶ Ἰησοῦ, υἱὲ Ἰησοῦ υἱὲ Ἰησοῦ; ἐκίχων σε τῆ θεόν, μὴ με βασανίσῃς.
- 8. Ἐλεγε γὰρ αὐτῷ, ἐξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ σοῦ ἀνθρώπου.
- 9. καὶ ἐπηρώτα αὐτὸν, τί σοὶ ὄνομα; καὶ ἀπεκρίθη λέγων, λέγε μὲν ὀνομα μοι, ὅτι πολλοὶ ἐσμί.

- 1. Et venerunt transito mari in regionem Gadarenorum.
- 2. Egressus, eo de navi statim occurrit ei e monumentis homo spiritui obnoxius immundo.
- 3. Qui domicilium habebat in monumentis. Et negabat eum quisquam potuit eum ligare.
- 4. Propterea, quod cum sæpè compedibus & catenis vinculus fuisset, discepta essent ab ipso catene & compedes, & comminute, neg. quisquam valuisse eum domare.
- 5. Et semper, die ac nocte, in montibus ac monumentis emittens clamans, & concidens se ipsum lapidibus.
- 6. Cum vidisset autem Jesum eminent, cucurrit, & adoravit eum.
- 7. Et clamans voce magna, dixit, Quid mihi tecum est Jesu, filii Dei altissimi? Adjuro te, per Deum ne me torques.
- 8. Dicebat enim illi. Exi spiritus immundo ab homine.
- 9. Et interrogabat eum, Quod tibi nomen est? & respondit, dicens: Legio, mihi nomen est, quia multi sumus.

10. Καὶ

- 10. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτὸς ἐξέλθῃ ἐξ αὐτῆς χώρας.
- 11. Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τὰ ὄρη ἀγέλη χοίρων μεγάλη βασκομένη.
- 12. Καὶ παρεκάλεισαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες λέγοντες, πέμψον ἡμᾶς εἰς τὰς χοίρας, ἵνα εἰς αὐτὰς εἰσέλθωμεν.
- 13. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκαθάρτα εἰσῆλθον εἰς τὰς χοίρας, καὶ ὄρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τὸ κρημνὸν εἰς τὴν θάλασσαν. (ἦσαν δὲ οὗτοι διαχίλιοι) καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ.
- 14. Οἱ δὲ θεόσκοπτες τὰς χοίρας, ἐφυγον, καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τὰς ἀγρούς, καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστὶ τὸ γεγονός.
- 15. Καὶ ἐρχομαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωρῶσι τὸν δαμονιζόμενον, καθήμενον καὶ ματισμένον, καὶ σωφρονῶντα, τὸν ἐσχληρότατον λεγεῖται, καὶ ἐφοβήθησαν.
- 16. Καὶ διηγήσαντο αὐταῖς οἱ ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαμονιζομένῳ καὶ περὶ τῶν χοίρων.
- 17. Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὄρων αὐτῶν.
- 18. Καὶ ἐμῶνθη αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαμονιζόμενος, ἵνα ἦ μετ' αὐτῶν.
- 19. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐκ ἀφίκεν αὐτὸν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ, Ἰσχυρα εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τὰς σῆς, καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοὶ ὁ κύριος ἐπαύσει, καὶ ἠλέησέν σε.
- 20. Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ δεκαπόλει, ὅσα ἐπαύσει αὐτῷ Ἰησοῦς, καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

LUC. 8.

- 26. Καὶ κατέλευσαν εἰς τὴν χώραν τῆς Γαδαρηνῶν, ἣ τις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας.
- 27. Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπέστησεν αὐτῷ ἄνηρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαμονία ἐκ χρόνων ἰκανῶν, καὶ ἰματίων ἐκ ἐνεδιούσκητος, καὶ ἐν οἴκῳ ἐκ ἐμμενῶν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνημασίν.
- 28. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακραζὼς προσέειπεν αὐτῷ, καὶ Φωνῆ μεγάλη ἐπέειπε, τί μοι καὶ σοὶ Ἰησοῦ, καὶ τίς εἶ εἰς ἐμὲ ὁ θεὸς ὁ ὑψίστος; θεομαίεσθε, μή με βασανίσῃς.
- 29. Παρήγγειλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηπάκει αὐτόν, καὶ ἐδουλοῦτο αὐτοῖς, καὶ περὶ τῶν Φυλακασσομένων, καὶ δι' ἀρροσῶν τὰ δεσμῶν, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους.
- 30. Ἐπαύεισεν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, τί σοὶ ἐστὶν ὄνομα; καὶ ὁ εἶπε, λεγεῖται, ὅτι δαμονία πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν.
- 31. Καὶ παρεκάλει αὐτόν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἀβυσσὸν ἀπελθεῖν.
- 32. Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἰκανῶν βασκομένων ἐν τῷ ὄρει, καὶ παρεκάλει αὐτόν, ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνας εἰσελθεῖν, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.
- 33. Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαμονία ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθον εἰς τὰς χοίρας, καὶ ὄρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τὸ κρημνὸν εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη.
- 34. Ἰδόντες δὲ οἱ θεόσκοπτες τὸ γεγονός, ἐφυγον καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς.
- 35. Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονός, καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἀνθρώπον, ἀφ' οὗ τὰ δαμονία ἐξελήλυθει ματισμένον καὶ σωφρονῶντα, πρὸς τὰς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐφοβήθησαν.
- 36. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς, καὶ οἱ ἰδόντες, πῶς ἐσώθη ὁ δαμονιζόμενος.
- 37. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαντὸν πλοῖον τῆς περιχώρου τῆς Γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν, ἀπὸ αὐτῶν, ὅτι φόβος συνέχοντάς, αὐτοῖς δὲ ἐμῶσι εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐπέτρεψεν.

- 10. Et deprecabatur eum multum, ne se emitteret extra regionem.
- 11. Erat autem illic juxta montes grex porcorum magnus pasceus.
- 12. Et deprecabantur eum omnes demones, dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.
- 13. Et permisit eis statim Jesus. Et egressi spiritus immundi, ingressi sunt in porcos, & ferebatur grex per praeceptum in mare. Erant autem fermebis mille, & suffocati sunt in mari.
- 14. Porro qui pascebant porcos fugerunt, & renunciaverunt in civitatem & in agros. Et egressi sunt ad videndum, quid esset, quod acciderat.
- 15. Et veniunt ad Jesum, & vident illum, qui a Damonio vexabatur, sedentem ac vestitum, & sanae mentis, quem habuerat legionem & timuerunt.
- 16. Et narraverunt illis quae viderant, qualiter accidisset ei, qui demonium habuerat, & de porcis.
- 17. Et rogare ceperunt eum, ut discederet de finibus ipsorum.
- 18. Et cum ingressus esset navim, rogabat illum, qui fuerat a Damonio correptus, ut cum eo esset.
- 19. Jesus autem non permittit eum, sed dicens: Abi in domum tuam, ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.
- 20. Et abiit, & cepit predicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Jesus, & omnes mirabantur.
- 26. Et navigaverunt ad regionem Gadarenorum, quae est contra Galilaeam.
- 27. Et cum de navi egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam a civitate, qui habebat demonium jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.
- 28. Videns vero Jesum & exclamans prociidit ante illum, ac voce magna dixit. Quid mihi rei tecum est Jesu, fili Dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas.
- 29. Praecipiebat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur a demonio in desertis.
- 30. Interrogavit autem illum Jesus, dicens: Quod tibi nomen est? at ille dixit, Legio: Quia intraverunt multa demonia in illum.
- 31. Et rogaverunt illum, ne imperaret ipsis, ut in abyssum irent.
- 32. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum, ut permitteret ipsis in illos ingredi. Et permittit illis.
- 33. Exierunt ergo demonia ab homine, & intraverunt in porcos, & impetu abiit grex per praeceptum in stagnum, & suffocatus est.
- 34. Porro ut viderunt, quod acciderat, illi qui pascebant, fugerunt & renunciaverunt in civitatem ac villas.
- 35. Exierunt autem, ut viderent, quod factum erat, & venerunt ad Jesum, & invenerunt hominem sedentem, a quo demonia exierant, vestitum ac sanae mente, ad pedes Jesu, & timuerunt.
- 36. Nunciaverunt a illis etiam qui viderant, quomodo factus esset is, qui agebatur a demonio.
- 37. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gadarenensium, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Ipse autem concessit a navis, ne persequeretur eos.

38. Obsecro

38. Εδέετο δὲ αὐτὸς ὁ ἀνὴρ, ὃς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς δαιμόνιας, εἶναι σὺν αὐτῷ, ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων.

39. Ἰπέρσευε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγήσῃ, ὅσα ἐποίησέν σοι ὁ θεός. Καὶ ἀπῆλθεν καθ' ἑαυτὸν πρὸς τὰς πόλεις κηρύσσων, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.

38. Rogaverat autem illum vir, a quo Demonia exierunt, ut cum eo esset, sed ablegavit eum JESUS, dicens:

39. Redi in domum tuam, & narra quaecumque fecerit tibi Deus. Et abiit per totam civitatem, predicans quaecumque sibi fecisset Jesus.

RATIO COAGMENTATIONIS HUIUS HISTORIAE EX TRIBUS EVANGELISTIS.

Cornelius Jansenius, Episcopus Gandaven-sis, licet hanc trium Evangelistarum recitationem pro una historia habeat: in sua tamen Concordia Evangelica circumstantias historiae ita coagmentat, ut ea, quae Marcus & Lucas de uno narraverunt, in unum corpus colligat, cui postea seorsim subjungit, quae Matthaeus de duobus scripsit, ut appareat quid diversitatis inter Evangelistarum recitationem interveniat. Verum quia hoc ex praemisso textu & per columnulas disposito cuivis patet, non decet nos illam coagmentationem imitari. Itaque ut tanto magis pateat, quomodo Evangelistae in describenda hac histo-

ria, sicut & reliquis mutuas operas tradiderint, nos historiam in unum corpus ita componemus, ut, quia Matthaeus prior scripsit, ea praemitamus, quae ipse de duobus daemoniis breviter refert. Et quia reliqui duo, qui post ipsum scripserunt, reliquas circumstantias diligentius & fusius persequuntur, ubi vis locorum per ἐξῆρητικῶν particulam ἐν, vel inquam, vel scilicet, vel nimirum, vel aliam, inseremus, quae reliqui duo de uno illo insigniter noto adjecerunt. Sic Evangelistae nusquam sibi ipsis contradicent, sed ex omnibus una continua historia apparebit.

HARMONIA HUIUS HISTORIAE, DE DAEMONIACIS SANATIS IN REGIONE GERGESENORUM, ET PORCIS PRAECIPITIS IN MARE, EX DESCRIPTIONIBUS MATTH. 8. MARC. 5. LUC. 8. IN UNUM CORPUS COAGMENTATIS.

α καὶ κατέπλευσαν, β καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς Γαλιλαίας, β εἰς τὴν χώραν τῆς Γαδαρηνῶν, γ ἡδὲ δὲν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας. α καὶ ἐλθὼν αὐτῶν εἰς τὸ πέραν, εἰς τὴν χώραν τῆς Γεργεσηνῶν ἠκούσθη αὐτῶν ἐκ τῶν πλοίων, ὅτι τινὲς τῶν ὑπηνησάντων αὐτῶν δύο δαιμόνιοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποῖσιν αὐτὸν, ὅπως μὴ ἵσχυεν ἵνα παρελθὼν διασῇ αὐτοὺς ἐκ τῆς θανάτου. καὶ ἰδὼς ἐκράξαν λέγοντες, ἡ ἡμῶν καὶ σοὶ Ἰησοῦς υἱὸς τοῦ θεοῦ; ἢ ἡδὲς ὡς πρὸς καμάρωσάντων ἡμᾶς; β εὐθέως (λέγων) ἠ ἀπήνησεν αὐτῶν β ἐκ τῶν μνημείων ἀνδρωπέων ἐν πνεύματι ἀκαθάρτων, καὶ ἦν ἡσυχία ἐκ τῶν πλοίων, ὅς εἶχε δαιμόνια ἐκ τῶν ἰκανῶν καὶ ἰμαλίων ἐκ ἐνεδυσκέσθαι, καὶ ἐν οἰκίᾳ κατέμεινεν, ἀλλ' ὅς τινὲς κατοικήσων εἶχεν ἢ ἐν τοῖς μνημείοις. β καὶ ἔτε ἀλύσειν ἄδεις ἠδύνατο αὐτὸν δεῖναι, δια αὐτὸν πολλὰς πέδας καὶ ἀλύσειν δεδεῶται, καὶ διασῶσαι ὑπ' αὐτῶν πᾶς ἀλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετράφθαι καὶ ἄδεις αὐτὸν ἵσχυε δαμάσθαι. καὶ δια παντός νυκτός καὶ ἡμέρας, ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνημασιν ἠὲ κραζόντων καὶ κατεκόπιων αὐτὸν λίθους. ἠ ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν β δόπο μακρόθεν, ἔδεσμε, καὶ ἠ προσκύνῃσεν αὐτῷ, καὶ κραζὸν φωνῆ μεγάλης, εἶπε, τί ἐμοὶ καὶ σοὶ Ἰησοῦς υἱὸς τοῦ θεοῦ; γ δέομαι, β ὀρκίζω σε τὸν θεόν, β μή με βασανίσῃς, γ Παρηγγεῖλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, ἐξελθὲν δόπο τῶν ἀνθρώπων. β ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, ἐξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκαθάρτον ἐκ τῶν ἀνθρώπων. γ πολλοὶς γὰρ χρόνοις σιωποῦσιν αὐτὸν, καὶ ἐδεσμεῖτο ἀλύσειν καὶ πέδας φυλασσόμενος, καὶ διαρρησάντων τὰ δεσμά, ἠλευθεροῦτο ὑπὸ τῶν δαίμονων εἰς τὰς ἐρήμους. ἠ ἐπηρώτησε ὁ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, ἠ τί σοὶ εἶναι ὄνομα; καὶ ἀπεκρίθη λέγων, λερεαν β ὄνομα μοι, ὅτι πολλοὶ ἐσμεν. γ ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν. ἠ καὶ παρεκάλει αὐτὸν β πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτὸς διασείλῃ ἐξ ὧν τῆς χώρας (καὶ) εἴνα μὴ διαστρέψῃ αὐτοῖς τὴν ἄβυσσον ἀπέλθων. ἠ ἠ αὐτὸν μακρὰν ἀπ' αὐτῶν β ἐκείθεν ὡς τὰ ὄρη τῆς ἀγέλης ἰσχυρῶν β μετὰ τὴν ἰσοκρομῆν ἐν τῷ ὄρει. ἠ καὶ παρεκάλει αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες, α εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἠπίστεισον ἡμῖν

a Et navigaverunt, b & venerunt in regioem Gadarenorum, c quae est contra Galilaeam. a Et cum venisset ad ulteriorem ripam, in regionem Gergesenorum: h Et cum de nave egressus esset c ad terram, a occurrerunt ei duo demoniaci, e monumentis egressi. Erant autem sevi supra modum, adeo ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce vociferabantur, dicentes: quid rei nobis tecum est JESU FILII DEI; Venisti hic ad cruciandum nos ante tempus? b Statim (inquam) b occurrit ei b e monumentis homo spiritui obnoxius immundo, c vir quidam e civitate, qui habebat Demonium jam a diebus multis, & vestimento non induebatur, neq; in domo manebat, sed b qui domicilium habebat h in monumentis. Et neq; catenis quisquam poterat eum ligare, propterea, quod cum saepe compedibus & catenis vincitus fuisset, discepte essent ab illo catene, & compedes essent comminuta, neq; quisquam valuisset eum domare. Et semper, die ac nocte, in montibus & monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus. b Cum vidisset autem JESUM eminens, cucurrit & h adoravit eum & clamans voce magna, dixit: quid mihi tecum est JESU FILII DEI altissimi? c Obsecro te, b adiuvo te per Deum, h ne me torqueas. c Praecipiebat enim Spiritui immundo, ut exiret ab homine. b Dicebat enim illi: exi Spiritus immunde ab homine. c Frequenter enim corripuerat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur a Demonia in desertum. h Interrogavit autem illum c JESUS, dicens: h quod tibi nomen est? Et respondit dicens: Legio b mihi nomen est, quia multi sumus. c Quia intraverunt Demonia multa in eum. h Et deprecabatur eum b multum, ne se emitteret extra regionem, (&c) c ne impreraret ipsis, ut in abyssum irent. ἠ Erat autem a procul ab illis b ibi juxta montes c grex l porcorum b magnum f multorum l pascentium in monte, & deprecabatur

ἀπελθὲν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. b πῶς ἔβριον ἡμᾶς εἰς τὰς χοίρας, ἵνα εἰς αὐτὰς ἐσελθῶμεν. h καὶ ὑπερέβηεν αὐτοῖς εὐθείας ὁ Ἰησοῦς. a καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ἡπάρετε. οἱ δὲ ἐξελθόντες εἰς τὸν ἄνθρωπον, h εἰσῆλθον εἰς τὰς χοίρας, a εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. l καὶ αἰδῶ ὠρμησάμενοι ἠγάγη τὸν χοῖρον καὶ ἐκρημνίσεν εἰς τὴν θάλασσαν, a καὶ ἀπέβηεν ἐν τοῖς ὕδασι. b ἦσαν δὲ ὡς διαχίλιοι, h καὶ ἐπίπλυνον τὸν θάλασσαν. l οἱ δὲ βοσκόντες τὰς χοίρας, c ἰδόντες τὸ γεγονός, l ἐφυγον, καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγελλον ἡ εἰς τὴν πόλιν καὶ τὰς ἀγρούς a πάντας, καὶ τὰ τῶν δαίμονιζομένων, καὶ ἰδὲ πῶς ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ. h ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν, τί εἶδεν ὁ γεροντός, c x εὐροῖ b κατήμενον c τὸν ἄνθρωπον, ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξελήλυθον, b τὸν ἐσχηκόσα τὸν λεγαῖνα, b ἰματισμένον b καὶ σιφρονήσα, c ἀφ' οὗ τὰς πόδας ἔβηεν, h καὶ ἐφορήθησαν. c καὶ ἀνήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, b πῶς ἐβίβον τὸ δαιμονίζομενον, c πῶς ἐβίβον, b καὶ περὶ τῶν χοίρων, l καὶ ἰδόντες αὐτοῖς, ἤρξαντο ὠρυκαλεῖν αὐτόν, c ἀπὸ τῶν πόλεων. c δὲ περὶ τῶν ἰσχυρῶν l ἀπελθὲν ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν, c οἱ φοβούμενοι μετὰ πάντων. αὐτοῖς ἡ ἐμῶς εἰς τὸ πλοῖον, ὑπερέβηεν. b καὶ ἐμβατήσασα εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλεσε αὐτόν ὁ δαιμονιστής, c ὁ ἀνὴρ ἀφ' οὗ ἐξελήλυθον τὰ δαιμόνια, h ἵνα ἡ μετ' αὐτοῦ. b ὁ δὲ Ἰησοῦς, ἐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἀλλὰ ἀπέλυσε αὐτόν ὁ Ἰησοῦς, εἶπων, b ὑπάγε, ὑπερέβηεν ἡ εἰς τὸν οἶκόν σου b πῶς τὰς πόδας, h καὶ ἀνάγγελλον αὐτοῖς, ὅσα αὐτοῖς κενεῖ. c ὁ θεός ἡ πεποίησε καὶ ἠλέησε σε. b καὶ ἀπῆλθε c καὶ ἄλλω πρὸς τὴν πόλιν κηρύσσων, b καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ δεκαπλίῃ, h ὅσα ἐπίησεν αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, b καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

bantur illum omnes Dæmones, Dicentes: a Si ejicias nos, permitte nobis, ut demigremus in gregem porcorum, b Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. h Et permisit eis statim Jესus: a Et ait illis, abite. l Illi verò egressi, c ab homine, h intraverunt in porcos, a in gregem porcorum. l Et ecce l ferebatur totus grex porcorum per præceptum in mare, c perierunt in aquis. b Erant autem ferme bis mille, h suffocati sunt b in mari. l Porro qui pascebant porcos, c ut viderunt quod acciderat, l fugerunt c renunciaverunt h in civitatem c in agros a omnia c quid accidisset demoniacis. Et ecce tota civitas exivit in occursum Jესu. b Exierunt autem, ut viderent quid esset, quod acciderat. Et veniunt ad Jესum, b c vident illum, qui a Demonio vexabatur, c c impulerunt b sedentem c hominem a quo Dæmonia exierunt, b qui habuerat legionem, h vestitum a sana mente, c ad pedes Jესu. h c timuerunt. Et narraverunt illis qui viderant, b qualiter accidisset ei, qui demonium habuerat, c quomodo sanus factus esset, b c de porcis. l Et cum vidissent illum, rogare cœperunt eum c omnis multitudo regionis Gadarenorum, l ut discederet de sinibus illorum, c quia magno timore tenebantur. Ipse autem consensit navi, reversus est. b Et cum ingressus esset navim, rogabat illum, qui fuerat a Demonio correptus, c vir a quo Dæmonia exierant, h ut cum eo esset. b Jესus autem non permisit eum, sed c ablegavit eum dicens: b abis, c credi h in domum tuam b ad tuos, h c annuncia illis, quanta tibi Dominus c Deus h fecerit, b c misertus sit tui. h Et abiit c per totam civitatem, predicans: b c cepit predicare in Decapoli, h quantum sibi fecisset Jესus, b c omnes mirabantur.

Periocha hujus Historia.

DE regione Gergesenorum, ut Matthæus eam nominat, & Gadarenorum, ut in Marco & Luca legitur, eruditi disputant, primum utrum una sit, an duæ diversæ regiones, deinde utrum Judæi, an verò gentiles in ea habitarent. Vulgata versio legit Gergesenorum, quod nomen irrepsit ex Hieronymo, qui in locis Hebraicis scribit, Gadaram sive Gerasam esse urbem trans Jordanem, versus Orientem in monte sitam, ad cujus radices aquæ calidæ erumpant. Hinc vulgò ejusdem oppidi nomina esse existimantur Gergesa, Gadara, Gergesa. Sed Ptolomæus distinguit, & Gadara quidem tribuit long. 68. 15. latit. 32. 10. Gergesæ sive Gergesæ long. 68. 15. latit. 31. 45. Unde patet esse duas diversâs urbes, non procul tamen ab invicem sitas: ita ut iisdem sinibus uterentur. Utrum autem Judæi vel gentes ibi habitarent, non est magni momenti quæstio. Verisimilius tamen est, hosce duos populos mixtos, ibi habitasse. Gergesenorum gens orta est à Gergesæo, filio Chanaan, nepote Cham, Genes. 10. vers. 16. Et fuit una ex septem illis populis, quos Deus internecioni adjudicavit, & eorum terram Israelitis occupandam tradidit, Genes. 15. vers. 21. Deut. 7. vers. 1. Licet autem in sacris legatur, quo modo reliqui sex populi sint extirpati, eorumque terra per sortem Israelitis distributa: de Gergesæis tamen nusquam disertè extat, quòd sint extincti. Quin potius Jos. 13. v. 13. legimus: noluerunt disperdere filii Israel Gessuri & Ma-

chari: & habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem. Statuunt itaque docti Gessuritas & Macharidas pertinuisse ad Gergesenos, & horum terminos circa illum locum cœpisse usque ad Libanum. Fuerunt ergò Gergesæi & Amorrhæi, inter quos Gadara sita est, confines. Nam & Gader Hebræis murum, sepem vel maceriam, distinguentem significat. Sicut ergò ad Christi usque tempora superferunt in Palestina reliquiæ de gentibus Cananæorum, quæ tamen deletæ fuerunt, cujus rei argumento est mulier Cananæa. Matth. 15. v. 22. Ita quoque potuerunt superesse reliquiæ de gente Gergesenorum, (quæ non fuit deleta) quæ in illis locis habitarent. Unde & porcos nutriverunt, utpote gentes, quæ legem Moysi non quidem ignorabant, sed nunquam receperant. Gadara quoque potest antiquum fuisse oppidum. Nam Jos. 12. v. 12. legitur de rege Gader. Hic tamen rex à Josua fuit occisus: urbs verò & regio per sortem attributa est dimidiâ tribui Manasse, & proinde à Judæis habitata, sicut etiam patet ex 7. lib. Joseph. de bello Jud. ubi cap. 3. dicit, Gadaram fuisse μετροπολιν τῆς περὶ αὐτὴν κερταρῶν, transamnanæ regionis metropolim validissimam. Est autem Peræa opposita Judææ, & Peræa opposita Galilææ. Hic de posteriore intelligendum est, sicut Lucas v. 26. illud ponit. Sed hæc non sunt magni momenti. Colligi tamen inde potest, cur populi illi porcos aluerint: nec tamen auli fuerint se Christo aperta vi opponere, postquam eos amisc-

amiserunt. Propria siquidem conscientia ipsos redarguebat, in lege Dei eorum esse prohibita, ac proinde iuste ipsis eripi potuisse. Verum ad rem.

Pergit Christus discipulos suos mirabiliter ita ducere, ut quasi practicum examen cum ipsis instituat concionis, quam præterito die habuerat. Et quod D. Augustinus alicubi à servatore nostro Jesu Christo precatus est: da mihi, nosse me, nosse te. Id benignissimus Dominus noster in hoc ipso, ut ita nominem, concionis suæ examine spectasse videtur. Dum enim cum ipsis intrat navim, & inter navigandum gravissimam tempestatem oriri patitur, eos introducit ad sui notitiam, ut agnoscant se pusilla etiamnum fide præditos esse, quæ tam exilis sit, tanquam granum sinapis, ac proinde quotidianis fomentis indigeat, quibus incrementa capere possit. Nunc superato uno periculo mox ingruere patitur alterum, per quod ipsos introducere vult ad ampliorem Christi notitiam. Vix dum enim è navi egressis, occurrit Diabolus cum tota legione malorum Spirituum. Sed ipse vel unico verbulo eos domat: ut sic discipuli discant, ipsum tam potentem esse dominum, ut non tantum mare & venti, sed & diaboli ipsi obtemperare cogantur. Sed prodest singulos locos enucleatim considerare.

Primus locus est de tyrannide, potentia & malitia Diaboli, quæ in eo describitur, quod hominem, qui ad imaginem Dei conditus erat, in eum finem, ut esset templum sacrosanctæ Trinitatis, in contumeliam Dei creatoris & propriam perniciem ita superat, ut faciat eum vas & receptaculum ingentis turbæ Diabolorum. Sed totus locus illustrior erit, si per *ἀλλήθως* conferatur cum disputatione, quam Christus præcedenti die habuerat cum Pharisæis. Fuerunt primum apud Judæos Sadducæi, qui neque Angelum neque Spiritum crediderunt, Actor. 23. v. 8. Quorum similes adhuc hodie multi inveniuntur, qui ut sibi ipsis in sceleribus suis blandiantur, & caveant, ne illorum sensu conscientia sua torqueatur, inania terribilia esse judicant cuncta, quæ de demonibus & eorum tyrannide dicuntur. Illi has historias meditentur, & consimilia exempla, quæ Deus interdum adhuc hodie accidere permittit, intueantur, ut vel tandem Diabolos verè esse credant, & præterea ipsius ingenium & vires aliquo modo agnoscere discant. Deinde verò Pharisæi apud Judæos, non quidem negarunt Diabolos esse, sed tamen eorundem potentiam & vires ridebant, & per contemptum *δαίμονιαρχῆς* seu principem Diabolorum *Βεελzebub*, hoc est, muscarum regem vocabant, innuentes, se tam facile illum, quam grandiusculam aliquam muscam depellere posse. Christus ergo contra ipsos docuit, Diabolum non esse hostem adeò contemptibilem: sed esse fortem armatum, qui habeat regnum, possideat atrium, & in pace sua gubernet, donec potentior superveniat. Hanc Christi doctrinam ut discipuli veram esse agnoscerent, atque eandem etiam aliis credendam proponant, hic Christus vivam eis imaginem ipsius conspiciendam præbet. Nam ipsis vix dum egressis ex navigio, statim occurrunt duo Dæmoniacy, ut habet Matthæus, inter quos unus tanquam tru-

culentior & favior, à Marco & Luca diligentius describitur. Quòd verò Matthæus dicit fuisse *δαίμονιογενές*, Dæmoniacy: id reliqui duo Evangelistæ periphrastice explicant, dum Marcus scribit hominem fuisse *occupatum spiritu immundo*, Lucas verò eum *habuisse Dæmonia à multo tempore*. Et quæruntaur aliqui differentiam inter Dæmones, Satanam & Diabolos. Satanam dicunt quando corpora affliguntur, sicuti in Jobo nihil fuit sani à vertice capitis, usque ad plantam pedis, Job. 2. v. 7. Et mulier illa, quæ decem & octo annis erat contracta, ne se erigere posset, Luc. 13. v. 11. Dæmones autem putant esse, quando mentes perturbant: sicuti horum obsessorum mentes ita occupaverunt & abalienaverunt, ut iis sibi non constarent. Et tamen, quod mirum est, postea liberati sciunt, quid secum sit actum. Itaque etiam Hieronymus existimat dæmones non ita malos esse, tanquam Diabolos, ut potè qui hic Christum adoret & multum deprecetur. Hæc differentia locum habere potest in prophanis scriptoribus, ubi Dæmones interdum pro genis sive bonis sive malis accipiuntur, & Dæmon dicitur quasi *δαίμων*, id est, peritus & gnarus, juxta Platonem. Sed in scriptura sacra, Satanas, Dæmones, & Dæmonia semper pro diabolis & malis spiritibus accipiuntur. Atque res ipsa hoc in loco testatur, hæc dæmonia cum primis fuisse noxia & mala. Sic enim describuntur:

I. Quòd sibi ipsis nomen imposuerint Legionis. Nam interrogati à Jesu, quodnam ipsis nomen esset, responderunt *Λεγεών*, quod vocabulum recentiores Græci mutuati sunt à Latino *Legio*. Fuit autem Legio apud Romanos agmen militare, constans, Helychio autore, viris sexies mille, sexcentis, sexaginta sex. Secundum Suidam autem sunt *ἑξακισχιλίων ἑπτάκιστον*, sexies milites. Varro lib. 4. de ling. lat. testatur, legionem dividit in decem cohortes, cohortem in quinquaginta manipulos, unumquemque autem manipulum habere viginti quinque milites. Ita ut Legio in summa constiterit duodecies millibus & quingentis militibus. Ut autem numerentur milites veterum legionum apud Romanos, Diabolus hic ipse rationem reddit nominis: *Quia multi sumus*. Syrus quoque idem nomen retinet *לגיון*. Quia enim tum temporis Romanæ Legionis in Syria, & Judæa hinc inde in præfidiis disposita, & omnibus nomen illud non tantum notum, sed & formidabile erat: ideo illud ipse sibi assumpsit. Atque inde apparet nimium arrogans & superbum diaboli ingenium, qui non tantum homines ostentatione suæ potentia, per sublimes titulos & terribilia nomina territare, sed & divina maiestati se opponere conatur. Cum enim Deus in scriptura ulitato titulo nominetur Dominus Zebaoth, Dominus virtutum sive exercituum: & in primis hoc Epitheton Messia attributum fuerit in Veteri Testamento, Psal. 24. v. 10. & Jesa. 6. v. 3. Eò quòd omnes creaturæ, cœlestes, terrestres & infernales ipsi sint subjectæ, ut ipsum sanctificemus, & ipse sit pavor noster & terror noster, sicut habetur Jesa. 8. v. 13. Diabolus, filii Dei immortalis & capitalis inimicus, quoque sibi nomen militare assumpsit, ut innuat se ipsi nolle cedere, sed tanquam fortem armatum atrium suum commundare, ut sua in pace possi-

possidere queat. Iccircò habere se exercitus exercitui, & legiones infernales cœlesti militiæ opponendos.

II. Quòd tyrannidem suam in eo exercuerint, quòd miseris hosce duos viros, quos semel subegerunt, primùm impulerint, ut omnes vestes, quibus induebantur, vel abjicerent, vel furiosè dilacerarent, sicque nudi discurrerent. Quòd fecit in contumeliam Dei, qui initio quidem protoplastos nudos creaverat, Genes. 2. v. ult. Qua nuditas atque innocentia tum temporis summum ipsorum decus & ornamentum erat. Sed quia nunc post lapsum adultiores se invicem nudos citra pudorem & pravos affectus intueri non possunt, Deus ipse ordinavit vestitum, Genes. 3. v. 21. quo deposito, pudor simul & verecundia deponuntur. Diabolus ergò sarcasticè Deum irridet, dum miseris hosce homines impellit, ut nec pudore nec cœli injuria moveantur, quò minus vestes dilanent & abjiciant.

III. Insuper adeò indomitum furunt, ut nullis vinculis coerceri possint, catenas omnes dirumpant, manicas & pedicas abrumpan, nec contineri possint, quò minus ex hominum consortio auferant, atque in montes & loca deserta se conferant. Fecit autem hoc Diabolus propterea, quia ipse naturà hominum consociationem odit & fugit, & quærìt requiem in locis inaquosis, Luc. 11. v. 24. Ne si inter homines versetur, prædicatione verbi divini, vel hominum piis precibus defatigetur. Utitur autem Lucas peculiari vocabulo ἡλαυνέω, à verbo ἔλαινω, agito, impello, quòd teste Varino usurpatur Ἰππὶν ἡλαυνέω, de equis, curru & navi. Sic Jacob 3. v. 4. Navigia à saxis ventis ἔλαινόμενα agitata dicuntur. Et 2. Petr. 2. v. 17. impii doctores dicuntur nebula à turbine ἔλαινόμενα, agitata. Sicut equus dicitur ἔλαινέω, stimulis agitare; equus verò ἔλαινέω, Zach. 9. v. 8. ἔλαινέω significat exactores, & respondet Hebræo שׁוֹבֵר à שׁוֹבֵר quòd significat urgere & adigere aliquem ad præstandum, aliquod servitium, & ita quidem exigere, ut cum angustia & anxietate fiat. Probè hæc conveniunt huic loco. Est enim homo obsessus, quasi jumentum diaboli, à quo mente & corpore regitur atque agitur, ut multa perpetret, à quibus abhorreret, nisi potentior vim haberet se impellentem. Germani solent dicere: Der Teufel reitet den. Paulus etiam Eph. 2. v. 2. Diabolum vocat principem Spiritus & ἐνεργουμένου agentis & operantis in hominibus contumacibus. Hinc veteres sumserunt illud nomen, quòd obsessos à Satana vocarunt ἐνεργουμένους. Quemadmodum enim, quando peccatum non tantum est in nobis, sed etiam liberum ei relinquitur dominium & regnum, dum dicitur illud à Paulo ἐνεργεῖν, Rom. 7. v. 5. Ita quando diabolus liberam habet potestatem vexandi hominem pro arbitrio, tum dicitur homo ἐνεργεῖν, vel ἔλαινόμενος. Unde id, quòd istiusmodi obsessi perpetrant, non ipsis hominibus, sed diabolis, à quibus agitantur, ascribi potest: qui interdum ferreos compedes & catenas solis manibus seu vincula stuppea lacerant, carceres absque instrumentis mechanicis effringunt, & alia designant incredibilia. 4. Præterea Diabolus tyrannidem suam etiam in eo ostendit, quòd miseris hos homines ex concivium con-

Harm. Tom. I.

sortio expulsos impellit, ut in sepulchris habitationem suam quarant. Disputatur autem, quare obsessus ad monumenta impulerit. Chrysoströmus existimat id propterea factum, quia Diabolus voluerit hominibus ingerere perniciosam illam opinionem, quasi animæ, postquam emigrarunt ex corporibus, commutentur in dæmonas: & postea possint homines decipere atque fingere, alius quidem dæmon, Ego sum hujus animæ: rursus alius, ego sum illius animæ. Hæc Chrysoströmii sententiam Pontificii probè notare debebant: quia & ipsi multum subsidii de religione sua in apparitionibus animarum collocatum habent. Quas tamen apparitiones idem Pater pronunciat esse verba temulentarum veterum & puerorum terculamenta, & simul gravibus rationibus confirmat, animas defunctorum in hisce terris nequaquam oberrare posse. Sed potest etiam alia subesse causa, quare hunc hominem ad inhabitanda sepulchra impulerit: nimirum voluit eum cruciare, perenni spectaculo mortis proposito: ut si maximè per intervalla relaxationem haberet à dæmonis obsidentibus, & parumper quasi respiraret, noctu tamen atque interdium inter demortuos versans, perpetuo horrore concuteretur. Quin & ideo fecit, ut ostenderet, se hominibus infidiari, eosque persequi, non tantum in hac vita, sed etiam in morte, adeoque post mortem. Denique diabolica potentia atque tyrannidis argumentum etiam est, quòd hi duo viri continuo dies ac noctes clamant, quòd lapidibus se ipsos concidunt, & membra sua diabolo præbent arma & organa contra se ipsos. Diabolus enim, si hominem per se ipsum perdere potest, illud non intentatum relinquit. Sicut Marc. 9. v. 22. miserum puerum frequenter in ignem & aquas misit, ut ipsum perderet. Hic verò impulsu Satanae hi duo adeò savi sunt, ut nemo per illam viam transire potuerit. Insederant enim ista loca duo illi, quasi publici latrones & prædones, omnia vastantes atque interimentes. Erant enim χαλεποὶ λίω, savi admodum. Nam χαλεπός non tantum significat difficilem: sed etiam perniciosum, noxium, gravem & infestum. A χαλεπός, quòd significat dæmono afficio, labefacto, vel etiam everto. Tales erant hi duo, qui quosvis obvios prosternebant & damnis afficiebant, ut via ista propter ipsos invia redderetur. Quemadmodum etiam Act. 19. v. 16. legimus, quòd dæmoniacus insiluerit in duos exorcistas, contra quos invalescens eos nudos & vulneratos expulserit ex ædibus. Atque hoc modo collatio inter Evangelistas instituta tyrannidem & potentiam diaboli, hoc in loco tam evidenter, quam nusquam alias in sacris literis, ob oculos ponit. Ostendit enim, quòd adeò dirus & immanis sit hostis humani generis, ut si aliquot myriadibus singulis occupare, illos reliquis hominibus ludibrio exponere, vel ex hominum consortio expellere, corpore lacerare, animo coangustare, in mille pericula precipitare, in omnibus denique nocere posset, nihil ipsi gratius accideret. Quòd ingenium nocendi amplius aperit in eo, quòd cum occulta potentia divina ad Christum, tanquam ad tribunal, attraheretur, atque intelligeret ipsum esse semen promissum, suumque judicem, qui caput sit contriturus: Non tamen

ooo

vult

vult sponte sua cedere, sed quasi Christus injuriam ipsi faceret, eum ante tempus expelleret, & injusti judicis partes exleret, multum tergiversatur; & utitur gravibus verbis: *Adjuro te per DEUM*, qui justo judicio mihi hosce viros permittit ob peccatum, ne me torqueas, ne me ex hac regione expellas. Cogita quàm horrenda hæc sit malitia, quod se filio DEI ita opponit, adjurat ipsum per DEUM, quasi alius sit Deus, quam hic ipse JESUS CHRISTUS vivi DEI filius. Egredere nimirum migrat ex hoc suo palatio, quod hæcenus in pace possederat. Sed postquam animadvertit omnino cedendum esse, petit, ut sibi concedatur migrare in porcos, ut si non hominibus ipsis, tamen iis, quæ ad hominem pertinent, nocere possit, atque sic homines sollicitet ad peccatum per impatientiam, & contra Christum mundiservatorem irretet ob damnum. Sicuti idem videmus in Historia Jobi, quem quia Dominus ita circumvallavit, ne ipsius personæ Satanas nocere posset: tamen pecudes ipsius infestat, & liberos occidit, idque facit propter ipsum, ut sic eum ad impatientiam & maledicendum Deo impellat, Job. 1. vers. 11.

Hanc Diaboli malitiam, nocendi libidinem, potentiam & tyrannidem, primum opponamus Empæctarum ludibriis & irrisionibus, qui quando Satana potentia terrentur & à peccando absterrentur, per jocum respondere solent, nec diabolum adeo tetrum, nec infernum adeo æstuantem esse, quàm ille à verbi præconibus depingatur, & his eorum clamoribus inflammietur. Sed intueantur isti miserandum hoc spectaculum duorum horum virorum, & risus ac focus omnis procul abibit. Qui verò hoc facere nolunt, paucissimi temporis moram patienter ferant, mox cum æterno suo damno experientur, quæ & quanta sit diaboli tyrannis & malitia. Deinde vero hic etiam consideremus, quàm miserabilis & infelix sit conditio eorum, in quorum animis diabolus spiritualiter imperium obtinet. Quid enim homo petulans, qui jam dedoluit, qui semetipsum protervia dedit, ad certatim patranda omnem impuritatem, ut Paulus Eph. 4. vers. 10. loquitur, & qui se, affectus suos atque carnales cupiditates ad effrenem scelerum licentiam abripere patitur, quid, inquam, talis homo ab hæcæ demoniacis differt? Abjiciunt tales primum vestem innocentia, qua Christus etiam post lapsum in baptismo ipsos rursus vestierat atque ornaverat. Obambulat ergo talis, amictus quidem corporeis vestibus, at veris vestimentis & convenienti homini gloria destituitur. Unde fit, ut mox omnem pudorem abjiciat, nec ullius flagitii ipsum pudeat, modo carni suæ adlubescat. Imò tandem ejusmodi homines eo impudentia deveniunt, ut sceleribus suis publice gloriantur, & ex iis laudem quarant. Non aliter, ac si aliquot dæmoniorum agminibus obsessi ad stupra, intemperantiam, crapulam, usuras, rapinas, cædes & consimilia flagitia impellerentur. Deinde, si quis eos arctiore disciplina in ordinem redigere & coercere velit, mox, ceu furore perciti, omnia tam divinarum quàm humanarum legum repagula perrumpunt. Nec Deo subjici, nec Christi legibus parere volunt, sed tanquam omnis disciplina ocores, vo-

cem illam ex Psalm. 2. vers. 3. audire sinunt: dirumpamus vincula eorum, & lora eorum à nobis abjiciamus. Quis tales ligare potest? Certè, vincula quibus circumdati sunt, sunt judicii timor, legum terror, vulgi condemnatio, amicorum exhortationes, parentum preces. Sed hæc vincula dirumpentes, omnia perturbant. Quodsi præterea hujusmodi homines intra civitatem sive domum Dei, quæ est Ecclesia, retinere velis, ut in cætibus Ecclesiasticis, in quibus verbum Dei prædicatur, & voces Deum celebrantium perforant, piorum precibus sublevantur, & bonorum exemplis ad probitatem invitentur, si quo modo Deus ipsis det, ut ex diaboli laqueis, à quo captivi tenentur, elapsi, mentis sanitatem recipiant, 2. Timoth. 2. vers. ult. ipsi se detineri minime patiuntur, sed relicto Ecclesie gremio, & bonorum conversatione, delectantur consuetudine illorum, qui jam pridem in peccatis & delictis mortui, Ephes. 2. vers. 1. corpora sua istar sepulchrorum fecerunt, in quibus viventes mortui sunt. 1. Timoth. 5. v. 6. & infelices animæ tantum non computrescunt atque fœtore scelerum enecantur. Hæc autem dum perpetrant, horrendum clamare, dies noctesque bacchando aliis molesti esse, impie contra Deum voceiferari, ejusque sanctissimum nomen suis execrationibus & diris fœdè prophanare solent. Ad hæc, se ipsos quasi lapidibus cædunt, dum fortunas & opes suas turpiter dilapidant, vires suas & corporis valetudinem petulanter citra omnem necessitatem destruunt, & quasi admoto gladio proprium pectus perforant, atque insuper animas & conscientias suas miserabiliter gravant atque flagellant. Denique non satis ipsis est sua frui insania, nisi etiam aliis sint damnosi & noxii. Hinc quotidie novos scelerum socios quarunt, quos unâ secum ad interitum abducant: alios unâ secum ad egestatem adducant: morbos, quos perpotandi & scortandi libidine sibiipsis accersiverunt, aliis affricant, & quantum in ipsis est, efficiant, ut alii unâ secum corpore & animo pereant. Sæpè etiam violenta temeritate ita adversus omnes bonos grassantur, ut immanibus bellis occurrere tutius sit, quàm hæc hominibus. Et quòd omnium maxime miserandum est: si quis istorum misertus, ipsos bonis & rectis monitionibus in viam reducere, atque ab hac spirituali phrenesi liberare cupiat, horrendum clamant, pios conviciantur, varia diverticula quarunt, & per Deum vivum adjurant, ne eos torqueat, ante tempus à flagitiosa ista vita ipsos avocando. Supplicium nimirum putant esse maximum non vivere in supplicio, maxime si *εἰς πρόβαν ἰκανῶν*, longo tempore à diabolo ita agitati fuerint, & in tetra ejusmodi aliquo vitio hæserint, illudque jam propter multi temporis consuetudinem quasi in naturam abierit. Hæc fideles verbi ministri, maxime in populosis urbibus, ubi plurima vitia & scelera publice & privatim grassantur, occasione oblata, suis auditoribus proponere, diligenter inculcare, graviter acere, nervose explicare, & ad singula flagitia, sive avaritia, sive ebriositatis, sive libidinum & similibus peccatorum accommodare debent. Ut omnes sibi à spirituali hac & diabolica mania quam diligentissime caveant. Quantum enim anima nobilior

nobilior est corpore, & quantum cœlestia & æterna præstant terrenis & temporariis: tantum magis noxia & periculosa est hæc spiritualis obsessio quam corporalis. Et quidem pro corporaliter obsessis parantur compedes, catenæ & carceres, ne seiplos vel alios lædant: sed spiritualiter obsessi, pro dolor, passim libere obambulant, imo interdum in pretio habentur, nec quisquam curat, quod non tantum sibiipsis, sed & multis aliis præsentissimum exitium afferunt.

Secundus locus est de potentia Christi. In hac enim historia satis dilucidè re ipsa monstratur, verum esse, non tantum illud Johannis, 1. epist. c. 3. vers. 8. In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Item c. 4. vers. 4. Fortior est qui in nobis est, quam qui in mundo est: sed & id quod Christus præcedenti die docuerat, se esse robustiorem, qui forti illi armato superveniens, eum vincat, liget, omnia arma, quibus confidebat, ei auferat, ipsum expellat, & spolia distribuat. Quia autem, ut dictum est, nullibi tam graphicè depingitur, & diaboli tyrannis, & opposita ei Christi potentia omnes circumstantiæ rursus diligenter sunt expendendæ. Et primo quidem, Marc. 1. vers. 25. & alias, præsentibus turbis, Christus Satanæ silentium imposuit, nec passus est eum loqui: ne curiositatem populi aleret. Hic verò, quia ut plurimum tantum in comitatu suo habet discipulos, quibus mox Matth. 10. vers. 1. daturus est potestatem super omnes immundos spiritus, ut eos ejiciant, permittit non tantum, ut diabolus in obsessis secum loquatur, sed & ipse eum interrogat, ut paulatim discipuli discant & videant, quomodo Satanæ instar fulguris de cœlo sit dejectus, Luca. 10. vers. 19. Instituit itaque hic colloquium cum diabolo. & querit quodnam ipsi nomen sit. Quando ergo arrogantius ipse sibi nomen sumit ad ostentandam suam potentiam, tanto magis Christi potentiam & virtutem illustravit. Ut enim integra legio, & quasi aliquot millium exercitu atriam suam commanivit, usque adeo tamen illud adversus Christum non potest defendere, ut vel unico verbo ejiciatur, & imperium in hunc hominem relinquere cogatur, ita ut ne unus quidem in veteri suo hospicio remanere queat. 2. Deinde Christi potentiam etiam illud extollit, quod hæc legio Diabolorum Christo occurrere, eumque supplex adorare cogitur. Videntur quidem quibusdam hi Dæmoniacci casu in Christum incidisse, quia aliàs diaboli, Christi adventum præcipientes, corpora subducturi fuissent, ne expellerentur, siquidem ægrè domicilia sua deserunt. Sed attrahuntur occulta potentia Dei, quasi ad tribunal judicis. Vincti enim sunt *συναίσις ὄφρα*, tenebrosos & caliginosos catenis, 2. Petri. 2. vers. 4. quas nos corporeis oculis non possumus videre. Illas catenas Christus, cui à Petro omnia in manus tradita sunt, Johan. 3. vers. 35. in suis manibus tenet & occulta vi attrahit. Quam divinam vim ipsi sentiunt, ac proinde ad pedes ejus, adversus quem antea nomine tenus se insolenter extulerant, procidunt, eumque supplices adorant, re ipsa confitentes eum se longè superiorem esse. Absque qua divina & occulta virtute si fuisset, quam longissimè

Harm. Tom. I.

à Christo aufugissent, & miseros istos potius in præcipitium abreptos misere perdidissent. 3. Christi potentia etiam in eo elucescit, quod licet legio diabolica expostulabunda dicat: *quid mihi & tibi est Fili Dei altissimi?* tamen eo ipso confirmat eam partem disputationis Christi, qua pridè Pharisæis dixerat, se non per *δαυνοάγγελου* & Principem diabolorum, sed spiritu Domini Diabolos expellere. Quomodo autem hæc phrasis, *quid mihi & tibi*, usurpetur, supra. 26. cap. Harmon. est expositum. Et maximè omnium convenit cum ea, quæ Jud. 11. vers. 12. legitur, cum Gedeon ad regem Ammonitarum Judæos bello petentem legatos cum hujusmodi mandatis mittit: *Quid mihi & tibi*, quod vastas terram meam; quasi dicat, *Quid tibi juris in nos sumis?* aut quam causam habes, quod invadis ditionem, quæ non ad te, sed ad me pertinet? Deus nobis Israëlitis hanc terram habitandam dedit, cujus possessionem tranquillam vos Ammonitæ nequaquam turbare debetis. Eodem sensu etiam diaboli hic dicunt: *Quid mihi & tibi est Jezu?* Et multis ipsum deprecantur, ne eos cogat abire extra regionem, neve ipsis præcipiat abire in abyssum. Sciunt nimirum, superesse extremum judicium, in quo cum impius omnibus detrudentur in infernum, in aeternum ignem, qui diabolo & angelis ejus paratus est, Matth. 25. vers. 41. Interim tamen innuit justo Dei judicio, propter peccata hominum, singulis diabolis certum aliquem locum extra abyssum concessum esse. Alii enim in acre habent potestatem tempestatum, ut patet ex Eph. 2. vers. 2. & 6. vers. 12. Alii versantur in desertis locis, Luca. 11. v. 24. Sicuti etiam de desertis Arabiæ Geographi mira narrant. Ex hoc loco colligitur, quod certi diaboli sint in certis regionibus, Apoc. 20. vers. 3. scribitur, quod diabolus sit religandus in abyssum per mille annos. Per abyssum autem intelligitur vel infernus, locus supplicii, quem hic deprecantur, vel profundum maris, ut Genes. 1. vers. 2. Inde enim tempestates & monstra marina, Leviathan, de quo Job. 40. & 41. & alia multa. Quia vero scit Diabolus nondum adesse finem mundi, ideò cum Christo expostulat, cur ipsum adoriatur in suo regno? cur requiem ipsius turbet? cum nondum adsit illud tempus judicii, & ipse cupiat interim odium suum adversus filium Dei exaturare. De quod etiam Apocal. 12. vers. 12. *Væ terræ & mari;* quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Non ergo reculant Diaboli trudi in infernum, quando tempus judicii venerit: modò jam liberum ipsis sit, homines infestare & torquere. Atque sic ipsi agnoscunt & fatentur, se non tantum posse, quantum velint, sed tantum, quantum justo Dei judicio ipsis concedatur. Interim verum est, quod Diaboli hic dicunt: *quid nobis tecum* (scilicet commune) *est, Jezu fili Dei?* Nam revera Christus & Diaboli differunt, natura studii & actionibus. Jezu Christus est verus Dei filius, & totius mundi creator: Diaboli sunt Dei creatura, atque ipsi subjecti. Christus Servator venit in mundum, ut homines servet: Diaboli autem in mundo circumeunt, tanquam Leones rugientes, quarentes quem devorent & perdant, unde & *ὁ σατανᾶς* Satanæ dicitur. Apo. 9. v. 11. Christus

0002

Christus

Christus Jesus est ipsa veritas, bonitas & iustitia: Diaboli mendaces, & omnis iniustitia atque scelerum authores. Et quod hæc sit Satanæ natura, sicuti à Christo describitur, Johan. 8. vers. 44. Id vel hoc ipso in loco prodit. Nam dum verè quidem dicit: *quid mihi tecum Jesu?* Interim tamen splendide mentitur. Vult enim improbus quadruplator Jesum iniustitiæ accusare, quasi præter jus & æquum aliena invadat. Nam dudum dixerat Jesu, sed mendacissime, hæc omnia mea sunt: monstrans ipsi omnia regna terræ, Lucæ 4. vers. 6. Sic etiam vult circumstantes statuere, illam regionem diabolis concessam esse, nec Jesum quicquam juris, vel in ipsos, vel in regionem habere. Sed nos fallacias hujus Spiritus mendacis non ignoramus, & scimus, Jesu Nazareno dari esse omnem potestatem in cælo & in terra, Matth. 28. vers. 18. Cum & jam olim ab æterna generatione ipsi, secundum Psalm. 2. vers. 8. dati sint omnes termini terræ in possessionem. 4. At verò nos ulterius agnoscamus Christi potentiam omni diabolica superiorem. Nam quos hæcenus nemo domare potuit, qui omnes compedes & catenas ferreas comminuerunt, illi jam supplici gestu & voce ad pedes Christi jacent. Quis eos tam fortiter vincivit, ut subsistant nec aufugiant? Quis eos flagellat, ut tam muliebriter clament, ejulent & deprecantur, ne torqueantur? *Obsecro te, Adjuro te per Deum, ne me torqueas.* Nemo præterquam verbum Christi. Hic præcipiebat Spiritui immundo, ut exiret ab homine: Hæc verba filii Dei flagellat diabolus. Tortura enim ipsi est, quando non potest homines liberè cruciare. Et molestissimum ipsi est, quando cogitur cedere loco, & derelinquere illos, quos perditos vellet. Tanta igitur virtus est verbi Christi adversus diabolos, ut verè in cantione Ecclesiastica canamus: *Ein wider ihn kan ihn sellen.* Ut tanto magis mirandum & prodigii instar sit, audere interdum homines ad eò securè verbum Dei ridere atque negligere, ad quod etiam diabolica potestates tremunt & trepidant. 5. Postquam ergo diaboli animadvertunt omnino frustraneum esse, quod moras neunt, virtutem enim verborum Christi tantam esse, ut nolentes volentes cedere cogantur; vel tandem cedere volunt: rogant tamen sibi imperium dari in porcos, qui in vicinia pascebant. Maluissent quidem in homine manere, quem majoris æstimant, quam multa millia porcorum, quia homo ad imaginem Dei creatus. Sed quia cedere coguntur, ipsi immundi spiritus petunt, se imitti in sibi conformem gregem porcorum. Atque eo ipso diaboli rursus suam impotentiam produnt, quod licet eorum integra sit legio, non tamen vel unicum porcum superare possint, nisi venia ipsis concedatur à Christo. Quamprimum autem Christus vel unicum verbulum protulit, dicendo: *intrahere, abite,* protinus univèrsa cohors diabolorum, ex miseris hominibus egrediens, ingreditur in gregem porcorum, eumque præcipitem agit in mare, ut omnes ad unum in aquis perirent. Numerum autem exprimit Marcus, & dicit fuisse *bis mille*: cumque diaboli essentialiter commigrarint in porcos: non possunt diaboli tantum esse pravi affectus hominum, sicut quidam opi-

nantur: sed sunt essentialis spiritus. Ex his omnibus agnoscamus divinam & tremendam majestatem atque potentiam Servatoris nostri Jesu Christi, quæ nobis consolationis plenissima esse potest, in iis, quæ Satanæ adversus nos molitur. Verum tumultuetur quantum potest & vult, nunquam tamen nos ex manu fidelis hujus Pastoris rapere potest, Johan. 10. vers. 28. Quam libenter voluisset diabolus, ut hi duo viri in æternum perirent: verum nihil profecit, nec impedire potuit, quò minus vel ipso invito ad Christum venirent, posteaquam hora salutaris ipsorum conversionis advenit. Imò ea est hujus superbi Spiritus impotentia, ut ne in porcum quidem, contemptum animal, migrare potuerit, nisi id permittat Christus. Ut enim Deus omnia animalia, munda & immunda, noxia non minus quàm jumenta, creavit, ita eadem certo providentiæ suæ imperio regit, & quoad ipsi visum fuerit, tuetur atque servat. Non itaque nimium metuamus diabolum: sed pii sumus, & Dominus Zebaoth sit terror & pavor noster. Elai. 8. vers. 13. Cumque sine voluntate Dei ne capillus quidem de capite nostro cadere possit: quomodo diabolus sive animabus, sive corporibus nostris nocere posset, si piis & fidei precibus nos ipsius protectioni commendaverimus? Prodest etiam hæc consideratio iis, qui nimium sibi metuunt à sagis & veneficis, quòd suis incantationibus & præstigiis homines fascinare, pecudes lædere, tempestat, grandines & ventos ciere, adeoque multis modis aliis nocere possint. Equidem non dixero omnia esse irridenda, quæ de ipsorum diabolicis machinationibus narrantur. Etenim potens est diabolus in filiis incredulitatis, Ephes. 2. vers. 2. & multa potest Deus diabolo permittere ob justas causas, vel etiam ut suos probet, sicuti videre est in Jobo. Hoc tantum omnibus ferè inculcandum est, ut se suaque omnia diligenter commendent DEO, tum certi sint, quòd quemadmodum hic Satanæ, cum tota suorum satellitum legione, ne unum quidem porcum necare potest, sic nec ipsi vel pilum lædere queat sine voluntate & permissione Dei. Ut ergo se se terribilem præbeat, non tamen ipsum formidabimus, sed in Christo Jesu ipsum vincemus. Nam fides nostra in Christum est victoria nostra. 1. Johan. 5. vers. 4. Ad hæc vel ex hoc loco apparet, in qualesnam homines Diabolus habet potestatem. Angelus Raphael, Tob. 6. v. 17. dicit, demonium habere potestatem super eos, qui Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Hi rectè hic præfigurantur per porcos. Quando nimirum homo non agnoscit dignitatem, ad quam est conditus, neque ratione & intellectu utitur, sed tanquam bruta animalia cæcis carnis suæ affectibus se abripi patiuntur. Tales revera sunt, qui ventris ingluviem sectantur, dies noctesque potando transigunt, nec interea opus Domini expendunt, Jesa. 5. vers. 12. Tales etiam sunt scortatores & adulteri, qui vagis libidinibus diffuunt, & corpora sua, quæ Spiritus sancti templa esse debebant, scorti membra faciunt, ut paulus loquitur, 1. Cor. 6. vers. 15. Idem de omnibus vitis intelligi potest, si homo, nimia consuetudine, ex iis non tantum habitum acquirat, sed quasi in naturam

ram suam transmutet. Hi peccatis suis merentur, ut Deus Diabolo multum juris in ipsos permittat. Quod ne fiat, cujusque est, ut conditionis suæ memor, non instar porcorum se in volutabro peccatorum volutet. sed animos sursum in cœlum attollat, & Christo per veram pietatem adhareat, tum tutus erit à Satanæ tyrannide.

Tertius locus est gratitudinis, quæ Christo Servatori exhibetur, ob præstitum hoc beneficium. Gentiles, si quando à monstris aut feris leonibus, apris vel tyrannibus infestabantur, & obtigisset ipsis heros magnanimus, qui ipsos liberaret, solebant in talium honorem columnas erigere, aras extruere, numismata cudere, cum ejusmodi aliqua inscriptione, Jovi *σωτήρι*, Herculi *σωτήρι*, Servatori, adeoque ipsis divinos honores exhibere. Jesus Christus hic à Gadarenis removet monstrum, quod longè fuit terribilius quovis Caco, tricupiti Cerbero, vel etiam multis Centauris, nimirum Legionem diabolicam, atque vias illas, per quas antea nemo tutò iterfacere poterat, rursus securas reddidit. Dignus itaque erat, tanquam verus *Σωτήρ*, & conservator Deus, cui ab omnibus incolis divinus honor exhiberetur, quique publicis omnium gratulationibus exciperetur. Verum eventus longè diversum docet, atque hic quoque humani cordis pravitatem ostendit, quod vel adeò durum & tritum, vel petrosum, vel etiam spinis & sentibus oblitum est, ut exigua hominum pars iumvis Dei beneficiis grato animo dignè utatur, sicuti hæc historia satis evidenter illud monstrabit.

I. Primum locum hic obtinent *Subulci*. Hi fuerunt *δύονται*. Cum enim in urbe renunciarent, quid Dæmoniis acciderit, non dubium, quin spectatores fuerint, non tantum interitus porcorum, sed & liberationis dæmoniacorum. Hi *fuga dilapsi*, tam in urbe Gadara, quam in pagis & agris Gergesenorum, divulgaverunt *Renunciaverunt omnia que gesta sunt*. Et in eo sanè non peccarunt. Vult enim Christus opera sua toti mundo innotescere, & passim in omnibus civitatibus, pagis, vicis & agris prædicari. Nec displicet ipsi hæc in re ministerium etiam vilium & obscurorum hominum. Usque adeò non opus est dependere ex autoritate & exultatione personarum, quæ nobis opera & voluntatem Dei annunciant. Inprimis autem hoc munus spectat ad eos, quos Dominus ipse pastores sui gregis constituit. Hi bona fide annunciant omnia, quæcunque is pro suo grege fecit, atque omnes excitent, quò dignè ipsum excipiant. Ex circumstantiis tamen hujus historia colligere licet, quòd hi subulci, non tantum quod factum est nunciarent, sed & insuper se excusarent, ne cives ipsorum negligentia porcos periisse putent. Et absque dubio etiam querimonias contra Jesum miscuerunt, quòd ipse culpa, ob hanc jacturam porcorum, ipsis quoque merces conducti sui laboris perierit. At verò hæc ratione periit ipsis illud, quòd longè est præstantius, nimirum fructus hujus miraculi, quò ad salutarem Christi cognitionem adduci potuissent. Sunt autem hi pastores typus ejusmodi verbi præconum, qui auditores ventri & carni deditos saginant sua indulgentia, tantisper, quandiu læta for-

Harm. Tom. I.

tuna ipsis affulget, & suis ipsi commoditatibus frui possunt. At quando Deus sui iudicii rigorem profert, & porcos ipsorum saginatos ad pœnam trahit, ipsi manum Dei plectentis non agnoscunt, multò minus aliis ad seriam pœnitentiam authores sunt: sed ignavo metu perculli diffugiunt, & injustis querimoniis Christo ipsiusque Evangelio invidiam apud alios conflant. Hujusmodi infidi pastores, qui tantum sua commoda querunt, non autem salutem fidei suæ commissorum consulunt, sunt vitandi, & eorum monitionibus attendendum, qui omnes à terrenis ad cœlestia, ad unicum pastorem animarum revocant, ad Jesum Christum, qui solus nos ab interitu servare, & pedes nostros in viam salutis dirigere potest:

2. Secundum locum tenent *Gadareni*, urbis incolæ, & qui circumquaque in Gergeseno agro habitabant. Hi nuncio per pastores sparso excitati simul omnes excurrunt, ut rem gestam intueantur. Et testantur Marcus atque Lucas multis verbis, qualem invenerint illum, qui insigniter sævus præ altero fuerat, & qui Legionem habuerat. Ita nimirum, ut qui ante hæc omnes vestes abjiciebat & nudus incedebat, jam fuerit vestitus. Qui antè indomitum furebat, jam erat sana mente præditus. Qui ante discurrebat & ululabat, jam sedebat placidus: & quidem sedebat ad pedes Jesu, quæ phrasis in scriptura auditoribus tribuitur. Sic Maria Luc. 10. v. 39. sedens juxta pedes Domini audiebat verbum illius. Et Paulus Actor. 22. vers. 3. ait, se ad pedes Gamalielis Hierosolymis eruditum esse. Nam Doctores vel stabant, vel in cathedra ac loco altiore sedebant: auditores autem circa pedes eorum circumfundebantur & sedebant. Hinc Deus Ezechielii dicit. cap. 33. v. 3. t. Veniunt ad te, & sedent coram te, sicut populus meus, & audiunt. Præbebat itaque hic vir, à dæmonio liberatus, se auditorem Jesu *σωφρονέως*, sana mente præditum. Nam Platone teste lib. 1. de Repub. *σωφρονών*, sanæ mentis, compos, & *μακεί*, inter se opponuntur. Sicut etiam divus Paulus, 2. Cor. 5. vers. 13. inter se opponit: sive *ἐξέστημι*, insanimus, Deo: sive *σωφρονέως*, sana mente sumus, vobis. Quomodo autem verbum *ἐξέστημι*, usurpetur, supra cap. 59. Harm. indicatum est. Debebat igitur vel hoc unicum Gadarenos cum vicinis suis permovere ad gratiarum actionem erga Deum, quòd non tantum miserabiles istæ duæ personæ, sed & tota ista regio, adeò feliciter à dæmoniorum tyrannide esset liberata: ita ut omnes rursus securè iter facere possent. Maxime quia illi, qui cum Domino Jesu advenerant, & viderant, quomodo divina potentia diabolos expulisset, omnia fideliter ipsis retulerunt, tum quomodo dæmoniaci sani facti essent, tum quid de porcis accidisset. Verum ipsi *Gadareni* primum quidem *timuerunt*. Fuit hic timor præposterus & servilis, qualis solet esse eorum, qui Dei iudiciis solummodo percelluntur, nec de eorum causis inquirere, aut bonitatem & gratiam, quæ illa subsequuntur, considerare solent. Talis metus servilis nobis omnibus ex Adamo inhæret: qui & ipse post lapsum præsentiam Dei sentiens, præ metu se abscondit post arbores paradisi, Gen. 3. vers. 8. Oritur hic timor ex agnitione peccati, propria conscientia hominibus distante, ipsos

Ooo 3

propter

propter peccatum iræ divinæ subjectos esse, & dignos, qui ad poenam trahantur. Illud Gadarenis etiam accidisse manifestum est. Etsi enim etiam occulta causa esse posset, sicut apud Jobum, ob quam Christus diaboli porcos invadere concesserit: illa tamen manifesta est, quod porcos aluerunt in contemptum legis divinæ, quæ Lev. 11. v. 7. & Deut. 14. v. 8. disertè esum & usum carnis suilla Judæis prohibuit. Quia verò in vicinia erant quercus Basan, ex quarum fructibus porcos commodè alere potuerunt, licet ipsi hisce non vescerentur: ut tamen ex eorum venditione inter vicinas gentes quæstum facere possent, ipsos contra legem Dei aluerunt. Sic avaritia radix est omnium malorum, 2. Tim. 6. v. 20. Hunc contemptum legis divinæ Diaboli non ignorarunt, ac propterea petierunt, ut in porcos migrare sibi concederetur. Horum omnium Gadareni intra conscientiam suam convicti, non ausi fuerunt Christum vi expellere, propter amissos porcos: sed magni beneficii loco habent, si non plus damni ipsis inferat. Agnoscunt enim in ipso divinam potentiam. *Orant ergo, ut ex suis finibus discedat.* Hoc quidam ita interpretantur, ut hujus petitionis idem sit sensus, qui illius Petri, procedentis ad genua Jesu, & dicentis: Exi à me, &c. Luc. 5. vers. 8. Quod nimirum intellexerint se indignos esse, apud quos tam potens & sanctus Dominus maneret. Verum quia hic nulla additur confessio indignitatis & humilitatis, qualem addidit Petrus: quia homo peccator sum Domine: Ideo tam benignè hanc ipsorum petitionem minime interpretari possumus. Quin potius hæc causa existimanda est, quod recenti damno commoti, majora metuerant, ne nimirum oves, boves & asinos etiam amitterent. Est hæc insignis ingratitude, eaque tantò turpior, quia *omnis multitudo regionis Gadarenorum hoc petit*, & in tam ampla civitate atque circumjacente agro, ne unus quidem invenitur, qui pro retinendo ipso interpellaret. O iniquos rerum aestimatores! Esto, amiserint suos porcos, interim ex dira Diaboli tyrannide liberati sunt duo ipsorum concives, quorum salus multis myriadibus porcorum præferenda erat. Addo, quod via publica, quæ ab illis infestabatur, rursus tuta facta, & tota regio illa infamiae nota purgata est. Sed præferunt hi Gadareni typum eorum, apud quos nec divini judicii signa, nec verbum de Dei potentia & majestate apertè prædicatum, tantum efficere possunt, ut de Christo recipiendo cogitent. Sic lucri, honorum & voluptatum cupiditate accensi, Christum à se exulare, ejusque verbo ipsi carere malunt, quam vel porcos amittere, vel principum gratia excidere, vel ventris voluptatibus valedicere. Quam multi horum similes hodiè inveniuntur in mundo? De quibus veteres Germani dixerunt: *Ehe der Rohl solt mager werden/ ehe wolten wir des Evangelii entrahten.* Pejores his sunt, qui ut ebrietati, scortationibus, cædibus, usuris & aliis ejusmodi sceleribus vacare possint, Evangelii doctrinam procul à se relegatam cupiunt. Homines certè porcis similes, quorum consortium Satanas quarit & petit. Pessimi omnium hi sunt, qui non, ut Gadareni, precibus cum Christo agunt, sed præcones verbi convitiis incessunt, ac verbi Evangelium vi atque

armis persequuntur. Digni certè omnes, quos Christus deserat & in æternum abjiciat. Sed ut cunctæ magna sit hominum malitia, major tamen est Christi bonitas. Nam & hosce Gadarenos non plane abjicit: sed præconem ipsis beneficii relinquit, non subulcos, quanquam melioribus non erant digni: sed hunc dæmoniaco conversum: imo ipse postea huc redibit, Marc. 7. vers. 31. ut aliquos sibi ex isto numero lucrificiat. Usque adeò semper excubat & vigilat divina bonitas pro salute hominum. Et tales erant Gadareni.

3. In *dæmoniaco* autem habituri sumus verum exemplum, qualiter rectè uti debeamus hoc miraculo. De eo referunt Evangelistæ, 1. Quod *sededit ad pedes Jesu*, atque sic sedulum auditorem concionum ipsius se præbuerit. 2. quod *sededit vestitus*, hoc est, quod ingenuum pudorem, quem prius furia diaboli abiterferant, rursus induerit. 3. quod *sededit σωφρονῶν*, non tantum *sana mente præditus* & modeste se gerens, quæ usitata hujus verbi sunt significationes: sed & rectè seu sanè sentiens de doctrina & miraculis Christi. Nam hunc quoque hujus verbi usum esse ex Xenophonte patet, qui *σωφρονεῖν πρὸς τὸς θεοὺς*, ponit pro sanè sentire de Diis. 4. quod relicto patrio solo, & ingratis suis concivibus, *voluerit cum Christo abire*, & indivulsus ipsius esse comes. Est hæc vera gratitudo, qua homo se totum resignat in obsequium Christi: verum ne quis putet esse necesse, ut omnes, qui volunt salvari, relicta domo & re domestica, aggregentur ad cœterum Apostolorum, & Christum hinc inde docentem comitentur, non vult Christus petitioni ipsius locum dare, sed eum domum remittit. Est enim diversitas vocationum etiam inter credentes. Et Paulus vult, ut unusquisque, in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, 1. Cor. 7. v. 20. Nam sive quis Princeps sit, sive privatus, sive vir consularis, sive opifex, quisque potest beneficia Dei in se collata prædicare, atque homines ad Dei agnitionem adducere. Et est, ut jam dictum, specimen insignis bonitatis Christi, quod cum aliàs interdum interminatatus sit, ne cui dicerent, hic apud ingratam & gravissimo supplicio dignam Gadarenorum gentem post se relinquit præconem suæ gratiæ. Et sicut ipse jussum est abire: sic huic mandat, ut passim prædicet. Tentat nimirum, ut etiam apud eos, à quibus est repulsus, aliquos possit lucrari. Cunque videret per suam personam, tanquam peregrini, id fieri non posse: relinquit ipsis conterraneum, qui apud ipsos natus, & à dæmonibus liberatus, magna *πείνη* testari poterat de eo, quod sibi accidisset. Ipse verò huic præcepto Christi obtemperans, per totam civitatem & in Decapoli prædicavit, quanta sibi fecisset Christus. Nec fructu caruit hæc ipsius prædicatio. In præsentem enim dicitur, *omnes mirabantur.* Hæc admiratio primus fuit gradus ad veram fidem in Christum Jesum, quam aliqui in his regionibus postea consecuti sunt. Nam Marc. 7. vers. 32. adducunt ex his finibus mutum & surdum. Et paulo antè, cum Syrophœnissa veniret ad Jesum, intercedens pro filia, quæ domi graviter à dæmonio divexabatur, ut ab illo liberaretur: quis quæso huic tantam fidem erga Jesum instillavit? Nisi

Nisi quod ex hoc præconio dæmoniacy à legione liberati collegit: Si à legione dæmonum quempiam liberare potuit, poterit etiam ab uno dæmone meam filiam liberare. Nam prædicavit ipse *omnia quanta sibi fecisset Iesus*: in qua prædicatione omnes circumstantiæ fuerunt proponendæ simul & exaggerandæ, ut alii ad fidem in ipsum extimularentur. Ergo sicut hoc bonitatis Christi documentum est evidentissimum: ita dæmoniacy hic præbet omnibus Christianis exemplum, quales ipsi se erga Christum Dominum suum gerere debeant. Etenim licet non talis, Dei beneficio, nostra fuerit conditio, ut corporaliter à Diabolo obsessi fuerimus: æternus tamen Dei filius nos omnes extrixit & a nesto illo spiritali Satanæ servitio vindicavit. Nostra ergo hæc sunt officia, ut verbum ipsius sedulo atque attentè audiamus: ipsum per fidem induamus: mentis atque fidei sanitatem vitæ & morum modestia probemus: per obedientiam nos totos ipsi submittamus: atque denique bonitatis ipsius prædicatione quamplurimos alios ipsi adducamus. Hoc qui non faciunt, manifestè produnt, se gratiam DEI non iuste æstimare. Illud verò etiam non oscitanter prætermittendum videtur. Quod cum Christum dæmoniacy injungeret, ut annuntiaret, *quanta sibi fecerit Dominus Deus*, ipse prædicavit, *quanta sibi fecerit Iesus*. Neque in eo transgressus est fines mandati Christi. Etsi enim multi sunt, qui dicuntur Dii, tam in cælo quam in terra: Nobis tamen Christianis unus est Deus, Pater, ex quo omnia & nos in illo: & unus Dominus, Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsum, 1. Cor. 8. v. 5. Hic Christus Iesus est super omnia, Deus benedictus in secula, Rom. 9. v. 5.

Cæterum, quia Dominus Iesus rogatus fuit, ut discederet à Gadarenis, ipse, qui alibi docuit, margaritas non esse ante porcos projiciendas, Matth. 7. v. 6. & qui mox discipulis dicit: cum persecuti vos fuerint ex civitate una, fugite in aliam, Matth. 10. v. 23. non vult ipsis invitis & reluctantibus ibi hære. Et revera in hoc mundo non opus erat, ut aliqui adeo anxii, & tanta cum cura & sollicitudine quærent, quomodo à Christo & Evangelio ipsius liberari possint. Spontè sua ipse discedit ab ingratis. Sicuti hoc non tantum toti Judæorum genti, cui illud minatus est, Matth. 21. v. 43. Sed & multis Orientalibus regionibus accidit. Quæ, quia Christum in verbo Evangelii ad salutem audire noluerunt, Turcam vastatorem admittere coactæ sunt. Quemadmodum verò Christus cessit Gadarenis

relegantibus: ita verbi ministri non bene suæ famæ & vitæ consulunt, qui contra edicta & voluntatem magistratus alicubi hæreere volunt. Hæc contumacia & inobedientia Evangelio maculam aspergit, & multos in præsentissimum exitium præcipitat.

Non omittendum hoc loco videtur, quod Strabo lib. 16. Geogr. scribit, esse in Gadaride regione stagnum aquæ pessimæ, qua degustata, pecora pilos, ungulas & cornua amittant. Hoc quidem ita interpretantur, quasi Christus à Gadarenis discedens *μνημόσυνον* aliquod & monumentum reliquerit suæ præsentia, quo memoriali simul etiam ipsorum ingratitude notârit. Illud an cum temporis ratione conveniat, eruditis considerandum relinquo. Etenim Strabo vixit tempore Augusti Cæsaris, cui etiam familiaris fuisse dicitur. Hæc verò acciderunt circa 17. annum Tyberii. Cum ergo jam antè locus ille ob aquas pestilentes infamis fuerit, vix poterit hujus memoriale esse: nisi Dæmones hi jam antè habitârint in abyssu illius maris, & permissione Dei ad tempus inde egressi, duos istos viros occuparint, per quos vias illas infestârint, atque sic tam terrâ, quam mari hominibus molestias se voluerint. Ideo postea accedente Christo deprecantur, ne in abyssum remigrare cogantur. Quod cum impetrare non possent, vel saltem porcos secum eo abducere cupiunt, ut tantò magis hominibus noceant. Atque sic nihilominus fama hujus miraculi hac occasione apud posteros conservabatur. An verò hic lacus noxiis aquis infamis, diversus sit à lacu Genesaret, an verò hujus portio aliqua, non facile est determinare. Putant aliqui non esse verisimile, Christum voluisse cum totius regionis incommodo diabolis hospitium concedere in eo lacu, qui ex salubribus Jordanis aquis collectus esset. At verò Evangelistæ aquas, in quas porci à dæmonibus sunt præcipitati, bis vocant *Γαλιλαῶν, τῆς θάλασσης*, quod nomine etiam lacus Genesaretanus præcedente capite insignitus fuit. Non itaque dubium, unum & eundem esse, maxime cum ex Geographis non constet, plures lacus ibi fuisse. Et licet Hebræi quamvis aquarum collectionem *θαλάσσιον* mare nominent: In Novo tamen Testamento non est usitatum, *θαλάσσης*, maris nomen attribuere minoribus illis aquarum collectionibus. Nec miraculi magnitudo imminuitur; sed potius accrescit, si in medio aquarum salubrium quasi vena aliqua noxiarum aquarum scaturiat: sicut interdum thermæ erumpunt ex medio aquarum frigidarum. Sed de his docti inter se conferre possunt.

CAPUT LXVI.

CONTINENS HISTORIAM DE REDITU CHRISTI EX TRANSFRETATIONE, DE CONVIVIO MATTHÆI, ET DISCEPTATIONE A SCRIBIS AC JOHANNITIS IBIDEM MOTA. MATTH. 9. MARC. 2. LUC. 5.

RATIO ODRINIS.

Matthæus Christum ex transfretatione redeuntem deducit quidem Capernaumum: sed subjungit de sanato paralytico. At verò hanc sanationem demum post illam transfreta-

tionem accidisse, reliquorum narrationes nequam concedunt. Marcus enim disertè dicit, consentiente etiam Luca, Iesum, post peragracionem Galliliæ, ex secessu deserti redeuntem Capernaumum, sanasse paralyticum, multò antè quam trans-